



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

4. Arbitrij necessitas natura præcedens operationes, ab eisque in sui
positione independens ab eius potentiæ & operationum libertate à
recitatis patribus relicitur.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

bertatem tollant, multum tamen illius imminuent: ac subinde ex absolute tali necessitate eam absolute aboleri necesse est. Epiphanius recitatus ex hæresi 48. circa fin. aiebat Deus nos vocat non immitans necessitatem, non tormentum aliquod adhibens, lib. 1. hæresi 16. post med. Extrema eorumdem sententia est, quod cum iudicium ipsum decernant, fatum esse dicunt. Quomodo enim potest esse iudicium, & fatum? Propterea quod, qui facit, non à se ipso facit, sed secundum necessitatem Domini ipsius facit. Clemens Alexand. 1. Pedagogi cap. 6. longe ab init. Infantes dicit Apostolus eos, qui sunt in lege: qui, non secus, ac clarus pueri, timore perturbantur. Viros autem, qui verbo paremus, nostrique sumus iuris, & arbitri vocamus, si credimus spontanea electione saluari, & c. 9. Necessitatem à metu provenientem multum ab spontaneo, perfecto, scilicet, seu libero à differens. Zacharias Mithelensis Episc. lib. de mundi creat. sub finem recitatum supra sententiam suam de absolute necessitatis à potentia, & actibus liberis argumento hoc à minori ad maius probat. Tunc servum tuum verberem, & vincum tamen laudes, si quando aliquid eorum, quæ iussa sunt præstiterit? an, cum nulla necessitate iniecta flagro, nihil prætermittit eorum, quæ ratione servilia conditionis debet efficere: neque aduersum ea, quæ ipsi imperantur, aggredditur: sed promptè cum animi voluptate famulatur? In quibus consonat Augustinus supra à nobis recitato ex cap. 5. de vera relig. & ex quæst. 2. libri octoginta trium. Operatus Militemus lib. 7. aduers. Parmenian. sub init. exclusionem absolute necessitatis à libero arbitrio, eiusque actibus à se assertam simili argumento à minori ad maius probat his verbis: Homicida scelus, dum nemo cogit, potest facere: potest, & non facere. Adulterium maxime dum de foris nemo compellit, potest admittere: potest, & non admittere: & cetera huiusmodi, in quibus liberum habetur arbitrium. Chrysostomus hom. 46. in Ioan. id Ioan. 6. Numquid & vos vultis abire? sic exponit: ut vni omnem, & necessitatem auferret: & ne pudere quidam nutarent. Theophilactus ad eum locum demonstrat nolle eos reuerentiam erga se comitari. Euthym. Quod nullum vult inuitum retinere. S. Thom. ibi lect. 8. post med. Ausert etiam reverentiam, & necessitatem (secundum quid ex reuerentia metui, & pudore) remanendi. Quo etiam pacto cum interpretatur locum Cyprianus lib. 1. epist. 3. Gregor. Nyssen. orat. 5. in eant. longe à med. Non per dolorem, nec per necessitatem, sed sponte & c. Cupiditatem boni habendam, ait Angustinus in Plal. 124. ad id: Omnia quæcumque voluit dominus fecit. Ea, quæ indigentia, & inopia cogente facimus, vel, quia alias inopes essemus (quæ solum secundum quid necessitas est) ex necessitate fieri asserit absolute, quia ex perfecta christiana, & honesta libertate non fit, quod non fit à sola boni complacencia, & amore, subditque: invenimus aliquid, quod libera voluntate faciamus: cum ipsum Deum amando laudamus. Non enim ex necessitate, sed quia placet. Macarius senior t. 2. Biblioth. hom. 15. circa med. ait. Si Deus (ut potest) Christianorum corpora omnia incorruptibilia fecisset, ut tanti miraculi, & utilitatis necessitate (quæ solum tamen secundum quid esset) ac non libera voluntate homines conuertendos: quare, ut prorsus appareret, & rata sit arbitrii libertas corruptibilia eorum corpora reliquisset Deum. Vi in voluntate sit hominis, ut conuertatur ad id, quod bonum est, aut malum. Denique Cyril. Alex. 3. cont. Julian. sub fin. ait, virtutem, aut efficaciam à Deo hominibus inditam ad bonum, à quo agerrime possent discedere, fructum mentis indigum laude facturam. Ex quid de inuincibili necessitate diceret?

13. Certe scriptura sacra apertis etiam pro necessitate potentia libera ex clusione testimonio clamat, ut loquimur potestatem, & perperis, cum pro indifferenti eius ad proximos tribus certaminibus. Duo nunc tantum addam. Alterum ex 1. Corinth. 7. vbi de Patrefamilias super filia virgine collocanda in matrimonium, vel secus Paulus ait. Non habens necessitatem, potestatem autem habens. Quibus potestati indifferenti necessitatem partis alterius opposuit vii potestati indifferenti regione pugnantem. Nec refert non loqui ibi de potestate, & necessitate Chrysostom. de Ortega, de Deo Vno, Tom. 1.

physicis, sed moralis, & iuris. Ex eo enim, quod in vno genere necessitas cum indifferenti ad vtrumvis potestatem pugnet, in alio etiam pugnare euidenter inferitur. Imo, cum physica potestas, cum necessitas, ad moralem, & iuris supponatur, atque hæc illius imitativa sit: ni physica potestas, & necessitas pugnarent, quæ morales, & iuris sunt, amice conuenirent. Secundus locus est illud Christi Domini ad Petrum Ioan. vii. [Cum esses iunior cingebas te, & ambulabas ubi volebas. Cum autem senectus extenderes manus tuas, & alius cingere te, & duceret quo tu non vis.] Quo loco illud quo tu non vis de voluntate portionis superioris Petri locutum Dominum aiunt Cyril. Alex. 12. in Ioan. cap. 65. August. tract. 51. in Ioan. Chrysost. Theophilactus, & S. Thom. ad eum locum. Sed enim difficultas est, quia si illud quo tu non vis referatur ad passionis Petri à Tyrannide oblatum tempus de voluntate efficaci superioris portionis (quæ absoluta eius voluntas est, & quæ absolute mortis timore oriunda) intelligi nequit: cum mortem non recusauerit, noluerit tunc efficaciter, imo minus extensus dicatur vitroncus. Sed neque prophetie tempore de voluntate efficaci portionis superioris Petri intelligi potest illud quo tu non vis absque temeritate, & in ipsum blasphemiam. Iam enim ex multis diebus rediuit Dominus Petro loquebatur, cuius ob antea Magistri negationem lachrymæ studium moriendi pro Magistro, ex ipso pene negationis instanti, continuo testabantur. Ex quo studio postmodum cum Apostolis aliis iuit gaudens à conspectu conestly: quoniam dignus habitus est pro nomine Iesu contumeliam pati, & manus vitro ad crucem dicitur ex hoc loco extensus. Solutio autem difficultatis ex veritate, quam hic statuimus desumi necessario debet. Quod scilicet vincula, crux, & mors vellet nolle à tyranno inferenda erant: quare in voluntatis sue potestate non erant: nec magis ad eas præstabat velle Petri, quam nolle: ac subinde inter libertatis sue effectus non computantur sicut computantur operationes ipsius iunioris: cum cingebat se, & ambulabat ubi volebat. Id est ad eas à nemine cogebatur, sed à libera sue voluntatis soluta omnino, & absoluta ad oppositum etiam potestate soluta omnino, & S. Thom. & reliquorum interpretationem: & hic dicitur extensus manus: quia nullo cogente extensus erat, cum eas posset non extendere, sed extendendas tortoribus relinquere. Hoc igitur loco ostenditur actiones, ad quas irresistibiliter, & necessitate agimur, quin ad oppositum nobis suppetat absoluta, atque impediens soluta potestas, nec nostræ potestatis, nec liberæ, imo nec humano modo nostras esse.

CERTAMEN IV.

Necessitas natura præcedens arbitrii operationes, ab eisque in sui positione independens ab eius potentia, & operationum libertate à recitatis Patribus reicitur.

1. Tertium hoc adeo cum duobus præcedentibus principiis connexum vero ipsi implicatum, & innexum est, ut satis sit in ipsis simul ex Patribus statutum. Etenim potentia, seu potestati indifferenti in actu primo ad vtrumvis, (in quo stat per Patres potentia libertas, à qua libera eius operatio dicitur, & libera exercite procedit) necessitas contradicit per Patres, ut vidimus: sola necessitas & determinatio inevitabilis ad vtrumvis extremum ex parte, actus primi contradicit potestati in actu primo indifferenti ad vtrumvis: ergo necessitas, quæ contradicit, & destruit potentia, seu arbitrii potestatem ad vtrumvis, & libertatem in actu primo est necessitas, seu determinatio ex parte actus primi ad vtrum extremum: ac subinde necessitas sola

Ggg 2 sola

recedentem humanas actiones necessitatem ethnicam agebant: atque eam ex euerfione libertatis impugnabant: fuit verò nomine, & fortunæ, tã Deide actionibus humanis efficacem voluntatem, & totam caufarum eas antecedentium feriem, quã diuinam de illis præficientiam iuxta ethnicorum fectas intelligebantur. Et quidem Auguft. lib. illo 5, de ciuit. Dei cap. 9. & 10. (ex quo præcipuum eius testimonium prodiximus) & 11. æque antecedentem præficientiæ refpectu contingentium præfitorum necessitatem, atque fari, & fortunæ contra Ciceronem, & reliquos ethnicos, & vniuerfam diuinæ providentiæ caufalem refpectu prouiforum necessitatem, tanquam libertatis hostem infenfiliffimum refellit. Vnde tanquam affinem dictis de præficientia, fato, & fortuna conclusionem inferit cap. 11. Nullo modo credendum esse Deum regna hominum, cernique dominationes, & feruitutes, contingentibus futuris iniurias, & plenas, ad prouidentia fua legibus alienas esse voluiffes, vt communem esse doctrinam fiam de præficientia, fato, & fortuna diuinæ prouidentia, de humanis omnibus rebus significaret, quod vtiq; & in aliorum Patrum contextu facile deprehenditur.

4. Caterum Anselmus, ceteris clarius, eam confequens, & antecedens necessitatis diftinctionem, definitiones, atque antecedens caufalitatem cum opem notitiam libertate pugnam, eisdem vocibus sæpe nos docuit. Item lib. 2. *Cur Deus homo*, cap. 8. de necessitate mortis Christi, & hypothefi præficientiæ prophetiarum, & fidei virginis abique præiudicio contingentia illius, ait: *Quod si iterum perturbat: quia dixi necesse erat: memento, quia veritas fidei virginis non fuit caufa, vt ille sponte moreretur: sed, quia hoc futurum erat, vera fuit fides: quamobrem, si dicitur, necesse erat: vt voluntate sola moreretur, quia vera fuit fides, fuit propheta, quæ de hoc præfessorat: non est aliud, quam si dicat: necesse fuit ita futurum esse, quoniam sic futurum erat. Huiusmodi autem necessitas non cogit rem esse: sed esse rei fuit necessitatem esse: est, namque necessitas præcedens: quæ caufa est, vt fit res, & est necessitas consequens, quam res facit. Præcedens, & efficiens necessitas est, cum dicitur calum volui: quia necesse est, vt voluntur. Sequens verò, quæ nihil efficit: sed sic est, cum dico te ex necessitate loqui, quia loqueris: & non quod te aliquid cogit ad loquendum. Nam violentia naturalis conditionis cogit calum volui: te verò nulla necessitas facit loqui: sed videnturque est præcedens necessitas, est & sequens: non autem, ubi sequens, ibi statim, & præcedens. Illud namque dicere necesse est calum volui, quia voluntur: sed non similiter est verum: idcirco te loqui, quia necesse est, vt loquaris. Subinfertur concludit. Hac fequenti, & nihil efficiens necessitate, quia vera fuit fides: & prophetia de Christo, (quia voluntate, non necessitate, moriturus erat) necesse fuit, vt sic esset. Voluntate, & non necessitate, quomodo facta pro fua duratione tam prophetia fuppoluit, quam fides. Hac (pergit) necessitate voluit Christus quacunque voluit. Ideo enim necessitate fuerunt, quia futura erant. Et inferiuscule. Si vniuerfam quæ fecit, & quæ paffus est veram scire necessitatem, scito omnia ex necessitate fuisse, quia ipse voluit: si non voluiffet non fuiffent. Ac si dicat: quia eorum poffio abfult voluntatis libera fuit: atque eam poffionem necessitas ea efficiendi, quamdiu fuit, fequitur. Ideo necessitas hæc fequens, seu confequens eorum libertati non officit: quæ tamen officeret, si effer ad liberæ eorum poffionem antecedens. Certe clarius, subtiliufque ad rem præfentem loqui non potuit: ni clatiora fortasse videretur illa ex cap. 1. de concordia liberi arbitrij cum præficientia, prædicit, & grat. col. 2. [cum dico, si præter aliquid, necesse est illud esse futurum: idem est ac si dicam: si erit, ex necessitate erit, sed hæc necessitas non cogit, vel prohibet aliquid esse, aut non esse. Ideo enim, quia ponitur res esse, dicuntur ex necessitate esse: aut, quia ponitur non esse, affirmantur non esse. ex necessitate: non quia necessitas cogit, aut prohibeat rem esse, aut non esse. Nam cum dico: si erit ex necessitate erit: hic fequitur necessitas, quæ rei poffionem non præcedit. Idem valet, si sic pronuntietur: quod erit ex necessitate erit. Non enim aliud fignificat necessitas, nisi, quia quod erit non poterit fimul non esse.*

5. Eadem inoffens duplicis necessitatis diftinctioni, &

doctrinæ inferius ait. Rem verò futuram necesse est esse futuram: quoniam futurum nequit esse fimul, & non futurum. Ac rursus. Necessitate omne futurum est: & cum futurum dicitur de futuro, si est futurum, futurum futurum efficit: sed necessitate fequente, quæ nihil esse cogit. Iterum difcrimen inter necessitatem futuræ (editionis contingentis, & necessarii ortus futuri folis explicans eandem doctrinam confirmat his verbis. [Seditio, quæ non erit ex necessitate, sola fequenti necessitate futura afficitur: quia futura de futura dicitur. Si enim eras futura est, necessitate futura est. Ortus verò folis duabus necessitatibus futurus intelligitur: fcilicet, & præcedenti, quæ facit rem esse: ideo enim erit, quia necesse est, vt fit, & fequenti: quia nihil cogit,] esse (quatenus ea necessitate necessario fit) quoniam ideo necesse est futurum esse, quia futurum est. Ea qua toties, & pluries repetita doctrina necessitatem fequentem, seu confequentem non obesse libertati operationum arbitrij, & liberæ noftræ voluntatis, quia, & eius indeterminatorem in actu primo, seu potestatem ad vtrumvis omni necessitate antecedenti ad alterum extremum feclufa relinquit, ac proinde liberum eius exercitium fupponit: quare & ab arbitrij libertate vitari, cautique ea necessitas exercitio illius diuerfo, & aduerfo potuit, post capitis medium aureis hifce verbis concludit. [Itaque quod vult libera voluntas, & potest non velle, & necesse est eam velle. Potest namque non velle antequam velit, quia libera est: & cum vult, non potest non velle, sed eam velle necesse est: quoniam impoffibile illi idipsum fimul, & velle, & non velle. Sed has necessitates facit voluntas libertas quæ prius, quam finit, eas cauere potest. Inde verò infallibilem diuinæ de noftris futuris contingentibus præficientiæ veritatem cum eorum libertate. Sic continuo conciliat. [Hæc omnia Deus, qui fcit omnem veritatem, & non, nili veritatem, ficut fupponit spontanea videt, & videt ita fuit. Hac ergo confideratione palam, & quia fine omni repugnantia, & Deus præfciit omnia: & multa finit ex libera voluntate, quæ antequam finit fieri potest, vt nunquam finit: & tamen quod à modo finit necesse est: quæ necessitas, vt dixi, defcendit de libera voluntate.] Ac si dicat: si cauere ea necessitas, quæ noftra futura contingentia neceffario erunt à noftra voluntate non poffet, neque à libera voluntate defcenderet, à qua fieri poffet, antequam finit, vt non finit illa futura, nequit, tam illa necessitas, quam præficientiæ infallibilitas cum eorum libertate componi: quæ ea folum via componitur, & necessitas hæc ab antecedenti arbitrij libertati aduerfa diftinguitur. Iterum vero ait. Eodem modo res aliqua, vt quadam actio non necessitate (abfolute tali, seu antecedente) futura est: quia, prius, quam fit, cauere potest, vt non fit futura.

6. Quamvis autem recitatis locis Anselmus negatione antecedentis necessitatis præficientiæ folius refpectu contingentium futurorum, folaque admiffione confequentis ad ipfâ necessitatis eorum libertatem cum neceffaria illius veritate componat: tamen, cum eo libro non eam folum concordiam, fed prædeterminationis etiam cum prædeterminatorum operum libertate amicitiam contendant: cum ea ratione primam concordiam oftendit, fecondæ monftrandæ fternit viam: vnde cap. 2. post med. ait. Pariter quamvis necesse fit fieri, quæ præfciuntur, & quæ prædeterminantur: quadam tamen præfciunt, & prædeterminata non eueniunt ea necessitate quæ præcedit rem, & facit, sed ea, quæ rem fequitur: ficut fupra diximus. Non enim ea Deus, quamvis prædeterminat, facit voluntatem cogendo, aut voluntati refiftendo: sed in fua eam potestate relinquendo. Caut tamen continuo, ne aliter, atque Auguftinus, & reliqui Patres de necessitate diuinæ gratiæ, & prædeterminationis putaretur sentire dicens. Quamvis tamen fua voluntas utatur potestate: nihil tamen facit, quod Deus non facit, in bonis fua gratia, in malis non fua, fed eiuſdem voluntatis culpa. Et itatim eandem esse prædeterminationis, atque præficientiæ cum noftrorum operum libertate concordandæ præfatam rationem in hæc verba fubiunxit. Sicut præficientia, quæ non fallitur non præfciit, nili verum: sed erit, aut neceffarium, aut fponzaneum: ita prædeterminatio, quæ non mutatur, non prædeterminat, nili, ficut est in præficientia (non quæ post prædeterminationem abfolute præficientia est, fed quæ illam antecede-

Ggg s dit)

ait) & quemadmodum, quod praescitur, licet in aeternitate sit immutabile, tamen in tempore aliquando, antequam sit, mutari potest: ita est per omnia de praedestinatione. Patet igitur ex his, quae dicta sunt, si bene considerentur, quia neque praedestinatio excludit liberum arbitrium nec liberum arbitrium adversatur praedestinationi. Siquidem omnia illa, quibus supra monstravimus, liberum arbitrium praescientia non repugnare, pariter ostendunt illud praedestinationi concordare. Eadem doctrina respondet eidem difficultati de concordia praescientiae & praedestinationis cum humanorum actuum libertate propositae a discipulo Anselmo (vel qui eius libri author in elucidario med. suae c. 40. licet antecedentem necessitatem naturalem, quia naturalium causarum propria est consequentem, vero voluntariam, quia a voluntate oritur, iuxta eius data verba appelleret. Dicit, inquit, necessitates sunt: una naturalis, ut sole in oriente oriri, vel diem noctem sequi. Altera voluntaria ut hominem ambulare, vel scribere, quia Deus vult, ut fiant, ut eorum, & terra inevitabile est non evenire, sed per omnia necesse est contingere, quae autem fieri tantum permittit, ut homines per liberum arbitrium bonum, & malum facere, non est necesse evenire. Voluntariam autem necessitatem consequentem solummodo esse statim his ostendit. Omnia praesciuit, Non tamen sua praescientia aliquam necessitatem intulit, ut fierent: sed potius ipsi necessitatem intulerunt, cum suam voluntatem exemplarent. His similia recitatis scribit dialogo de casu diaboli cap. 21.

7. Et quidem verba illa, quae fieri tantum permittit Deus, ut homines bonum, & malum facere, illis opposita, quia Deus vult, ut fiant, naturalis effectus, & ab antecedenti necessitate, seu naturali causarum naturalium oriundis significantibus, liberos nostros actus significant. Si quidem verbo permittendi (quod proprie sumptum respectu solam malorum operum locum in Deo habet) respectu omnium etiam bonorum ipsi applicium id vnam aperte significat: Deum ita voluntatis nostrae determinationi, siue mali, siue boni electionem integram relinquere, ac si non magis bonum, (quod determinationem attinet) veller, quam malum: quod tamen velle non potest: quia non magis ad vnum, quam ad aliud Dei praedestinatione, ac determinatione antecedenti voluntas creata praeparatur. Id quod nostrae huius expositionis verbis docebat Damascenus in nostrorum actuum etiam praedestinationem praefato sensu negans 2. fide capite 30. init. Opera pretium, inquit, est cognoscere omnia, praescire Deum, non autem omnia praedestinare, atque praedestinare. Praescit enim, & ea, quae in nobis (quorum, scilicet, sumus liberam adepti potestatem, ut dixerat c. 26.) non praedestinavit autem haec. Nam non praesentem fieri, neque cogit, neque vim affert virtuti: praedestinavit autem ea, quae non in nostra potestate sunt: & ut ex eius dialog. cont. Manich. col. antepenult. referebamus. Deus ea, quae voluntarie a nobis futura sunt, id est, ea, quae in voluntate nostra sua sunt, nimirum virtutem, ac vitium praesciens, ea demum praefinit, quae in arbitrio nostro minime consistunt. Id ipsum continet sententia illa tanquam Nysseni lib. 7. philoloph. cap. 1. & lib. 8. cap. 4. recitata, & in eum sensum explicata a S. Thom. 3. cont. 9. cap. 90. init. (quae tamen Nemelji est lib. de anima, eiusque facultatibus Nysseni attributa) scilicet, Providentiam esse eorum, quae non sunt in nobis. Cum enim Nemellius co. lib. cap. 40. post med. & cap. 44. col. 2. expresse asserat ea, quae in nobis sunt, & a nostra potestate a duobus, scilicet divina providentia, & arbitrio nostro pendere, ac proficisci: idque multis rationibus per singulas nostras actiones probet deinceps co. c. 44. apertum latet est eum providentiam illam solum de nostris operationibus libetis negare, quae propria effectuum naturalium, & antecedenter praefinitiva, & necessitatis ad operandum est: eodem utique sensu Theodoretus lib. 5. seu epitome diuinor. decretor. cap. de providentia inter med. & fin. in effectibus, qui a divina providentia pendunt naturales solum recenset, & subdit. Quocirca oportet nos ita, quae ab ipsis sunt, acquiescere: eorum autem, quae sunt in nostra potestate curam gerere. Non quidem Dei de nostris actionibus curam, & providentiam negans, sed quae illas praefinit, ac praedeterminet, nostramque potestatem, determinationemque ad illas providentiam, & electionem excludat. Similiter Iustin. Mart. quæst. 8.

ad Orthodoxos initio quarit, quomodo Deus non sit causa virtutis, & virtutis nempe, & virtutis, statutoque dominio nostro, & potestate indifferenti ad utrumvis, responderet. Non Deus, ut boni, vel mali sumus, sed arbitrium nostrum causa est. Quia, scilicet, ille neutrum antecessenter praefinit, ac determinat, sed arbitrii dominum, & potestas: licet ille ad utrumque concurret, & ad bonum sua illud gratia instruat, quae verba, ut ab aliquibus desint exemplaribus, & librorum incuria, at oratio, & difficultas in aliis omnibus, ac sine illis, manca, & sine solutione manet. Item hoc eodem sensu Origenes lib. 2. Periarth. cap. 12. & lib. 3. cap. 3. dixit. Nos a Deo non habere, quod bonum, vel malum velimus: cum alias ad bonum Dei gratiam saepe, dum de ea agit, imo semper requirit.

8. Denique, ut antecedentem nostris actus necessitatem omnem Chrysostomus a libero nostro arbitrio propellat, et si pro necessitate praeventientis voluntatis, & gratiae Dei recitatis supra locis, atque vbiuis extiterit. Deum nostras voluntates praeventire negavit: scilicet praefinitivae, & praedeterminativae: ita enim scribit hom. 12. in cap. 7. ad Hebraeos initio moralis: quia ergo nihil Dei est Omnia quidem Dei sunt: sed non ita, ut liberum arbitrium ledatur. Si igitur Dei sunt, inquit, omnia: quid ergo nos culpamus? Propterea dixi (ut liberum arbitrium nostrum non ledatur) in nostro itaque arbitrio est, & in Deo: oportet nos quidem eligere primum: quia bona sunt: & tunc ipse, quae sua sunt introducit. Non antecedit nostras voluntates, ne ledatur liberum arbitrium. Cum autem nos elegerimus, tunc nobis offert multam auxilium. Respondent Dominici praeventientes, & determinantes recentiores in exemplaribus graecis saltem omnibus eius homilias hoc testimonium non extitisse: proinde fuisse a Pelagianis (quorum magni referebat) insertum. Sed debuissent notare impressionem originalis graecae, a quo illud testimonium aberat: cuius enim Verba per Stephanum, & Fratres a Sabio 4. Kalendas Jul. anno 1529. totum integrum extat, ut testatur nostrar. d. 33. de Scient. sect. 5. vidisse se cum graece linguae peritis in eorum exemplarium, vno, quod habetur in nostro Hispanensi Collegio S. Hermenegildi Societatis Iesu: quod eam ipsam sententiam pluries alibi Chrysostomus, poluit: sic enim scribit hom. 42. ad Popul. Antiochen. Omnia quidem in Deo: sed non ita, ut liberum in nobis arbitrium violetur in nobis igitur, & in Deo sunt. Oportet enim nos prius eligere bona, & ille sua tunc inducit. Nostras non praevent voluntates, ne nostram remoret libertatem. Cum vero nos elegerimus, tunc magnam nobis adfert subsidium. Hinc admodum noster sumus: Deum suis in nos beneficiis nostras non praevent voluntates sed a nobis incipiendum esse: sed, cum nos prompto parique animo ad suscipiendam gratiam exhibemus, tunc multas nobis adfert salutis occasiones. An & haec in originalibus graecis ab hisce abfunt domesticis.

9. Dicunt secundo Chrysostomum ea homil. 12. Augustino, & Arausiano Concilio Canon 4. Statuentibus gratiam Dei nostra bona opera praeventientem contra Pelagianos, & semipelagianos expressè aduersari, & ad horum errorum partes accessisse: cuius proinde locutio deberiam a Catholicis exulare. Respondet Ruiz proxime Chrysostomi mentem, & sententiam eo loci (& idem est de reliquis) cum Augustino, Arausiano, & reliquis Patribus de exclusionem praeventientis diuinæ ad bonum necessitatis concordare, verboque, & vocis adnotent, discordasse, & praefato errori fauisse: quod, sonotenus, discordasse, & praefato errori fauisse: quod, ut minimum, certum est: cum toties alibi gratiam, & voluntatem Dei ad bonum nos praeventientem docerit. Posse insuper Catholicos post otium, & damnatum errorem Pelagianum, & Semipelagianum: imo, & nunc etiam, ea locutione vti: dummodo explicent, quod ille mente retinuit. Nempe non praeventire nos voluntate, & gratia diuina ad bonum necessitante. Errores si quidem postea saborti petunt saepe, ut non sine monito, Patrum explicatione a posteris proferantur. Ita monito, & ego. Sed attimo nihil Chrysostomum in re tam graui, verborum eis locis adhibere omisit, mentemque servasse, quod praefatis erroribus praeventendis necessarium esset, si eius verba recte, subtilitateque scholastica

intelligantur. Dum enim ait à nobis, & à Deo bona omnia nostra esse, necessariam Dei, & suorum ad illa præcedentiam, sicuti, & arbitrij nostri statuit; quod, cum nequeat adeo immediate ab ipso contradici, solum restat, quod ea, quæ ex parte Dei nos ad bonum præveniunt in eo præstando nostram determinationem, liberumque ipsorum vsum nostri, quibus ad illum subdita sunt, expectent: atque ea ratione in actu exercito, & secundo sequantur. Quandoquidem determinatio, qua operantur, & cooperantur, non eorum, sed nostri ipsorum est. Verum apud minus doctos eis locutionibus, ut iacent, ac sine explicatione prudenter abstinemus.

CERAMTEN V.

Ex hætenus statutis Scripturæ, & Patrum principis Recentium Thomistarum præfinitiones evertuntur, bonumque præcluduntur effugia.

1. Ex singulis scripturæ, & Patrum, pro quolibet ex statutis eorum principio confirmando, recitatis testimoniis ea omnia argumenta contra has præfinitiones instruire possemus, quæ hoc certamine instruenda et cunctis eorum auctoritatibus erunt. Verum, licet ea omnia pro suis quæque classibus singulatim recitanda fuerint, ut doctrinam hanc nostram, quam novitatis præfinitores prædeterminantes Dominici in simulabam tantum Ecclesiæ Patribus innotuit fuisse, ut in ea Ecclesiæ nata fuerit, adoleverit, ac maiori, quam senis robore consensuerit. Tamen, ne legentium nausea toties eadem repetere argumenta huc simul, semelque post omnes Patrum auctoritates, & ex eis omnibus efformanda servavi: quæ nihilominus quicquid ex una, vel alia auctoritate, quam malis poterit pro nata arguendi occasione efformare voluntas libera (à qua & est, & dicitur libera operatio, quæ ab ipsa actu procedit) est voluntas cum potestate ad vtrumvis extremum contrarietatis, aut contradictionis eliciendum (puta consensum, vel dissentium, aut negationem consensus) prompta, & expedita ad vtrumvis, atque soluta omni vinculo necessitatis antecedentis pro priori naturæ: ad alterum ex oppositis extremis, & omnino independentis ab usu, & exercitio libero voluntatis, ut constat ex recitatis Patrum, & scripturæ testimoniis totis quæst. 1. & hæc 3. & controu. 2. antecedenti. Atqui cum præfinitione consensus voluntas nostra non est cum potestate prompta, & expedita ad extremum illi oppositum, siue contrarie, siue contradictorie (scilicet dissentium, vel negationem consensus) neque soluta necessitate absolute antecedenti, & omnino independenti ab exercitio libero voluntatis ad eliciendum consensum: ergo voluntas cum præfinitione consensus non est potentia libera ad consensum iuxta statam, & constantem scripturæ, atque omnium Patrum doctrinam. Minor est in adversariorum doctrina, certa. Itemque, & præfinitio consensus nostri emera Dei voluntate, & libertate, omninoque independentem à voluntatis nostræ exercitio libero, adhuc conditionate præfinito, misericorditer à Deo ponitur: insuper & potestatem, ac elicientiam consensus à nostra voluntate pro naturæ priori omnino, & necessario antecedit: cum humanæ, & prædeterminandi illam præviæ, & antecedente naturæ, & causalitate ad consensum: Denique ita essentia, & ita præ natura necessario, & inseparabiliter re implicet, tam physice, quam metaphysice non esse, seu omitti à voluntate consensum, siue eius negationem dissentium legitima est: quare, & ex scripturæ, & Patrum præfinitio Recentiorum Thomistarum de nostris libere adhibitis, & operationibus præfinitiones diuina erunt prolixius refutanda.

2. Simile argumentum de impotentia antecedenti voluntatis nostræ ad actum nostrum, siue alterum extremum ex oppositis à Deo non præfinitum antecedenter, & independentem prorsus, ab exercitio libero nostræ voluntatis, & quo robore efformari contra huius libertatem facile poterit: cum in adversariorum sententia de præfinitionibus nostrorum actuum liberorum, quas impugnamus, & præfinitio determinatiua ad actum principium essentialiter ex parte actus primi requisitum ad quemvis nostrum actum liberum sit, ut nuper dicebamus, & ipsi constanter fatentur: ac subinde voluntas nostra absque eiusmodi prædeterminatiua præfinitione nostri liberi actus incompleta, & partialis solum potentia, neque absoluta potentia ad illum sit, ipsi summe absolute potens efficere: sicuti de quavis partiali solum causa effectus, cum negatione alterius concaute essentialiter requisitæ ad effectum constants apud omnes Philosophos, & Theologos est. Atque in re præfinito, etsi obiecti, in quod voluntas nostra actu suo ferenda est, actiue in eius actum non influat, quia tamen saltem ut conditio, se ex parte actus primi tenens ad ipsum requiritur, voluntas sine obiecti cognitione, neque soluta, & absoluta potentia ad tendendum in illud obiectum, neque absolute potens illud prosequi, etiam aduersariis recentibus Thomistis fatentibus, reputatur. Ex utroque verò, vel alterutro argumento ita vniuersim instructo satis euincitur præfinitionibus hæc arbitrij, & voluntatis nostræ, ac subinde humanorum actuum libertatem iuxta scripturæ, & Patrum doctrinam prorsus euertere. Indeque facile & alia inferuntur absurda, eidem testimoniis attracta. Nempe Consilium consultationem, electionem, vsumque omnem voluntatis, & arbitrij nostri eis præfinitionibus prædeterminatiuis aboleri: siquidem hæc omnia expeditam ad vtrumvis extremum eligendum ab omni necessitate antecedenti ad alterum, & impedimento ad aliud potentiam in voluntate & arbitrio nostro, seu (quod idem est) libertatem supponunt: ut Patres plures recitari, & Scriptura sæpe præfinito testimoniis perperis quæst. 2. certam. 2. asserunt expresse. Item non solum præcepta, & leges inania, ridicula, & nugatoria eis præfinitionibus, ut aiebat Theodoretus, redduntur, sed & bona consilia, atque adhortationes ad pietatem, atque à vitiis renouemur reprehensiones, & interpretationes, quibus omnibus scriptura scaret, & Patres exundat, cassæ, & inutiles: cum ea omnia potestatem nostram, & libertatem ad vtrumvis expeditam supponant, in ealunquæ ad actum prædeterminatiue præfinitum alicui adhibentur: cum eis præceptis adhortationibus, &c. Sublatis, atque, atque illis adhibitis, actum elicitorum inevitabiliter sit: non præfinitum vero sit necessario omittitur, quantumvis præcepta adhortationes, ut illum apponat ingeminentur, cum eius prædeterminatiua præfinitio, partialis scilicet essentialis principium quare & absolute ad illum potentia deficiat: ac proinde non aliter ea omnia ipsi adhibebuntur, ac si fabella surdo narraretur.

3. Absurda alia innumera contra præfinitiones hæc inducere in proximo est: neque ex eis pauca, cum à ratione contra eas agamus inducimus. Nunc enim ea solum attingenda sunt, quæ ab scriptura, & Patribus fuerunt attracta. Præstat tamen aliter, & aliter generale illud argumentum de euerfione libertatis arbitrij per præfinitiones hæc ex Patrum, ac præcipue Anselmi doctrina, & verbis instruire. Necessitas antecedens voluntatis, & operationum eius libertati aduersa, est qua facit, cogit, ut rem, seu operationem esse, siue causa est, ut res sit, vel non sit, reique, vel negationis eius, positionem præcedit, quæque prohibet rem esse, vel non esse: hæc siquidem omnes sunt definitiones, seu definitio variis vocibus explicata ab Anselmo cert. 4. à n. 4. necessitatis antecedentis libertati voluntatis, & operationum humanarum inimica: atqui necessitas præfinitionis prædeterminatiue Thomistice est: necessitas, quæ positionem præcedit, consensus præfinito, causaque est, ut sit, eiusmodi consensus, qua facit, cogitque esse, consensum, & fieri, à voluntate, ac necessario prohibet non esse, consensum præfinitum, atque esse, dissensum oppositum per aduersarios, ut vidimus: ergo necessitas præfinitionis prædeterminatiue consensus est necessitas antecedens voluntatis, & operationum nostrarum libertati inimica iuxta Patrum, & præcipue Anselmi, doctrinam. Confirmatur: quia